



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Andocides. Capvt XXV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

Etus in Sicilia, cum rogatus quodnam res estimaret optimum: respondisset, illud ipsum esse, ex quo Harmodij, & Aristogitonis statuae, qui tyrannu Hipparchum de rerum humanarum culmine sustulerant, essent confectae. Extant eius orationes in Graecorum oratoru volumine. a *Ab Hermogene agnoscitur inuentor. Et princeps politici characteris ευρητης η αρχηγος τω του πολιτικου. lib. 2. de ideis.*
 b *Ab alijs eidem ipsi ρητορικων λογων inuentum tribuitur. δια τω λαβειν επωνομον, η τ Νεσορα.*

Andocides.
 CAPVT XXV.

Natus est Andocides Olympiade septuagesima octaua, principe in rep. Atheniensiu Theogenide, centum annis Lysia antiquior, homo (vt apparet ex Plutarcho) factiosus, varijsque ob improbitatem periculis, & laboribus exercitus. De eius stylo ita censet idem auctor *ετι η απλους, η αγατασκυος εν τω λογωι αφελις, η ασχηματιος.* Simplex est, sine apparatu, inornatus, & minimè figuratus: quicquid tamè dicat Plutarchus: grauis est, affectus habet, lacertos quoque, & figuras, sententiae satis vehementes. Nam vt caetera omittā, eanobilissima C. Grachi aporia, qua dicitur, vel iniuicis lachrymas eliciisse, fluxit ab Andocide. Sic enim ille in oratione de mysterijs. *Μη τοι νον ει αυται τενησι, η την πεπραγμεναν αυ τοις επιλαθηδε. αλλ αναμνηθεντες των εργαων νομισατε τα σωματα αυτων οραν ατουμενων εμε παρ υμων σωται, τινα γαρ η αναβησσομαι δεχομενον υπερ εμαυτου, η πατερα, αλλα τεθηκεν, ους αδελφους, αλλ οικειων, αλλα τους παιδας, αλλ ουπω γεννηλου. υμεις τοινυ η αντι πατρος εμο η αντι αδελφων, η αντι παιδων γενεδες εις υμας καταφυγω, η αντιβολω, η ικετιω. οι υμεις με παρ υμων αυτων ατησαμενοι σωσατε, η μη βουλεδε Οεταλως, η Ανδρεις πολιτας ποιησαι δι αποριαν ανδρων, τους η δυνας πολιτας ομολογομενας, ος προσηκε ανδρασιν αγαθοις ειναι η βελομενοι διωκισονται, τουτους η απολυτε μη δητα.* mouet a suis maioribus grauius: Quare nolite, etiam si mortui sint, rerum gestarum obliuisci, sed illustrium facinorū recordati, existi-

Andocides in or. de mysterijs. p. 19. n. 15.

ου
 αυ

mare eos viuos, & praesentes adesse pro mea salute deprecatores. Ad quem enim confugiam? què mihi supplicem adhibebo? Patrem: at mortuus est; fratres? nullos habeo; liberos? nondū mihi nati sunt. Vos igitur mihi estote pro patre, pro fratribus, pro liberis, ad vos confugio, oro, & obsecro: seruate me, & nolite viorum penuria Thessalos, & Andrios in ciuitatem vestram asciscere, vestros verò ciues, qui boni viri, ac fortes esse maximè possunt, & cerunt, perimere. Quid in perorationibus Demosthenis huic simile? Eius quatuor orationes extant in volumine Graecorum oratorum.

Lysias.

CAPVT XXVI.

Lysiam si Musis placet, ad caelum vsq; Graeci homines sibi, suisque plaudentes similibus efferunt. Ego nihil in eo sublime, aut admirabile video. Venustus est scriptor, ac politus, quis negat: nihil habet insolens, nihil ineptū, concedatur: sed tenuis est, inornatus, & toto genere strigosior. Nec mirum, priuatas illas plerasq; & eas ipsas alijs, & paruorum rerum caululas scripsit. ex quo, necessario fit iciunior, quoniam se ipse consultò ad minutarum genera causarum iimauit. Apposite, & loco de eodem dixit Fab. Quintil. quum de Demosthene, Aeschine, & Hyperide verba fecisset: His (inquirit) Lysias aetate maior, subtilis, atque elegans, & quo nihil, si oratori satis sit docere, quaetas perfectius: nihil enim in eo est inane, nihil accessitum; puto tamen fonti quam magno flumini propiorum. Sit igitur fons, vel fonticulus, & caueat se cum magnis fluminibus comparate. At verò Dionysius Halicarn: in eius laudes se effundens, iustā orationem scribit, nō modò eius proprietatem, perspicuitate, rotunditatem, gratiam, puritatem commendat, sed etiam aude dicere cum *περι τα, η σεμνα, η μεγαλα φωνηδων εργαματα ποιειν.* quod nemo veterum in Lysia propriū agnoscat, vel eorū, qui plenius huic indulgent oratori: etiam cum Isocrate comparat, rosam cum anemone: quanto melius Plato in Phedro, qui se indignam putat Isocratis opera, cum orationibus Lysiae comparare, quod ille maior esset & indole, & virtute, etiam si tum esset adolescens, cum iā Lysias venisset ad summū glorie. Quod verò *χαρις* eius *κρατις η τε αφελω, η χαραληρικωτα* τω esse dicis, quasi solus sit Lysia, *κεχαρισμε*

Photius propriam eius virtutem indicat των κωλον εν αρμοσι η τα κωλαρα. τωρα ιωαδης membrorum cōcinnisatē, η florem puritatis, Cic. de optimo genio orat.

In oratione tamen contra Mneseptoleman με-